

A 4 M.S.u.III,8.

Ce Libure a esté dressé
par nous Pierre Trauers
grand Maistre du College
du Plessis pour nre Instruction
particuliere. et a nos fraiz
& propre trauail en l'an 1621.
et durant que Je plaidois ~~[illegible]~~
pour La grande maistrise et
principaulté dudict College

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

II

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ FRANCE

Coppie des anciens & nouueaux Statuz & Reglements du College du Plessys du Mont de Paris Collationnez aux originaux et produicte au greffe de la Cour de Parlement

Le 1623 a la dilligence de Mre Pierre Tranz bachelier en Theologie Conseiller & Aumosnier de Madame soeur du Roy & grand Mre & principal dudict College en consequance de l'arrest de ladict Cour du 18 Juillet 1622, signification & commandement faict audict Tranz du 16 Nouembre ensuiuant par l'angloys huissier duquel arrest sensuit la teneur

ACQUISITIONS N° 2944

Extraict des Registres de parlement

Veu par la Cour le proces verbal du premier Mars Pantres tours suyvans par deux des Conseillers de ladicte Cour a la requeste du procureur general du Roy en execution de l'arrest du trentiesme decembre Mil six cens vingt un Conclusions dudict procureur general, et tout considere ladicte Cour enioinct aux principaux des Colleges de Sainct Michel des bons enfans pres la porte St. Victor, Lyzieux, des Lombards de Cambray & de la Mercy faire vuider promptement hors desdicts Colleges ceux qui y demeurent ~~[illegible]~~ qui ne sont escholiers, actuellement estudians Regens prestres, Boursiers, ou pedagogues & desnommez audict proces verbal & a faute de

dans le Mois seront les Meubles
de ceux qui ne seront desdictes qualitez
mis sur les Carreaux & les
principaux desdicts Colleges des chefz
de leurs principautez lesquelles
ladicte Cour declare vacantes
Ordonne en outre qu'iteratif Comme
audiendum sera faict audict Recteur
Doyen; Supposts de l'Université,
principaux & Boursiers desdicts
Colleges St. Michel, Cornuaille
Cardinal le Moine, des bons enfans
d'aras, Boncourt, Tournay, Laon, la
Marche, des Lombards des Crassins
La Mercy, Fortet, Montaigu les
Cholets Lizyeux, Sainct Barbe
du Mans du Plessys, Trigues
Cambray les Bilettes, l'ancemarin
de representer & mettre au greffe
de la Cour Copies Collationnees des

tiltres, Statuts & Reglements de
l'Université & de chacun des Colleges
d'icelle & outre que Maistre
des Cordes Advocat en la Cour & les
Chantres Chanoines & Chapitre St
Honoré seront assignés a la requeste
dudict procureur general pour
representer les tiltres en vertu desquels
ils Jouissent, scavoir ledict des
Cordes du College Coqueret & lesdictes
de Chapitre de St Honoré, de
celuy des bons enfans proche
de l'Eglise dudict St Honoré
pour ce faict & le tout communiqué
audict procureur general du Roy
estre ordonné ce que de raison
faict en parlement le 18e Jour
de Juillet Mil six cens vingt deux

Signé Gallard.

Signification

Le 15e Jour de Novembre Mil
six cens vingt deux a la requeste de
Monsr le procureur general
L'arrest dont Coppie est cy dessus
escript a esté par Moy huissier
en parlement soubsigné signifié
a Mre pierre Tranez grand Mre
et principal du College du plessys tant
pour luy pour les Boursiers
dudict College en parlant a pierre
barbot portier dudict College et a
luy faict commandement de satis=
faire au contenu du susdict Arrest
dans le temps porté par Celuy

Signé Langloys

Sequuntur
Statuta Venerabilis

6

Anno 1466.

Collegii de Plessæo per Manu R. du Houssay

art. 1

In Nomine Dei amen

Tenore huius præsentis publici Instrumenti cunctis fiat Manifestum ex anno eiusdem Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto More Gallicano Computando Indicione decima quinta pontificatus sanctissimi in Christo patris & Dni Nostri Domini Pauli divina providentia Papæ secundi Anno tertio

1466

In Collegio Seculari Beatissimi Martini in Monte Parisiensi de Plessæo vulgariter nuncupato, fundato personaliter Constituto &.

Comparente Venerabili & Religioso viro
fratre Boor Chossinelli priore prioratus
Sancti Theobaldi Iuxta Bazochias
Vicarioque & procuratore Venerandi in
Christo patris & Domini Domini
Guidonis Abbatis Monasterij Maioris
Monasterij prope Turones ad Romanam
Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis
Sancti Benedicti ratione & ad Causam
eiusdem Monasterij Rectoris gubernatoris
& administratoris Collegij de Plessaeo
praedicti ut Literatorie docuit. In
eiusdem Vicarij nec non Venerabilium et
discretorum virorum Magistrorum, Yvonis
Porselli Magistri Petri Canuti Nani
Clerici, & Roberti boulay, & Roberti
Laloygne ac Nonnullorum alliorum ipsius
Collegij Bursariorum in eodem tunc
existentium testimonium infra scriptorum
praesentium per me Notarium Pu.cum

art. 2.

Vicarius Abbatis de Berhaber procuratorium

subsignatum dedicti Domini Vicarij Mand
ato fuit publicatum & de verbo ad
verbum alta & intelligibili voce ipsis
Magistro, Bursarijs & testibus audienti
bus perlectum quoddam publicum instrum
entum per eundem Dominum Vicarium
Nomine praefati Domini Abbatis &
Gubernatoris mihi praesentatum &
traditum signoque & subscriptione
Venerabilis Viri Magistri Philippi Ra
dulphi Notarij apostolica & Imperiali
authoritatibus publici ac Sigillo Magno
eiusdem Dni Abbatis ex prima facie
apparebat munitum statuta & nonnulla
alia regimen ipsius Collegij ~~[illegible]~~
de pressaeo concernentia in se continens
cuius tenor sequitur & est talis

In Nomine Dni Amen per hoc
praesens publicum instrumentum cunctis

patea & sic notum euidenter, ex Anno
eiusdem Domini Millesimo quadringentesimo
sexagesimo sexto die vero vigesima nona
Mensis Julij Indictione decima quarta
pontificatus sanctissimi in Christo
patris & Domini Nostri, Domini Pauli
diuina prouidentia Papae secundi
anno secundo in Reuerendi in Christo
patris & Domini Domini Guidonis
Miseratione diuina Abbatis Monasterij
Maioris monasterij prope Turones Ordinis
sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam
nullo Medio pertinentis ratione & ad
causam eiusdem Monasterij, Rectoris,
Gubernatoris & administratoris
Collegij secularis beatissimi Martini
in Monte parisiensi de Plessaco vulg
aritter nuncupati honesti & deuoti Reli
giosi fratris Guilermi Fongeraye in

Guido Abbas anno 1466.

decretis Baccalaurei prioris prioratus
de Onis Morinensis diocesis membri
a praefato Monasterio dependentis
Venerabilis & discreti viri Magistri
Joannis Brecte in sacra pagina profess
oris Canonici Ecclesiae Turonensis plu
rimumque aliorum tam Religiosorum quam
secularium virorum meique Notarii
publici praesentia personaliter Constitutis
Venerabilibus & scientificis viris
Magistris Yvone Porselli sacrae Theo
logiae professori Guilermo Le Bec
pro provisore substituto se gerente, procurator substituit
Joanne Galeram Olivario Carno, Guill
ermo Anglici & Paulo Balazenant
scholaribus Bursariis eiusdem Collegii
Ipsumque Collegium repraesentantibus
post multas & diligentes Inquisitiones
partesque debitae visitationis Interpositas.

ex 1466 negotiorum quae sunt bonorum

super statuta reformatione praediti
Collegij quo ad Morum honestatem perso-
narum providamque administrationem
bonorum eiusdem per praefatum
Reverendum in Christo patrem pro ut
ex debito, totalis sibi creditae admi-
nistrationis eiusdem soli et in solidum
incumbit praefati Magistri et Scholares
Bursarij Collegijum ipsum ut praemittitur
repraesentantes spontanea ac omnimoda
Libera voluntate solemniter iuramus
iuravitque eorum quilibet in solidum
tenere in futurum et observare pro ore statuta
Lege, Regula et ordine studendi
vivendi in divinisque deserviendi
conversandi in Collegio supradicto ac
disponendi de rebus et negotijs
eiusdem statuta laudabilesque
observantias eiusdem Collegij illa
praesertim statuta quae pridem recol-
endae Religionis pater, hominus.

visitationem et inquisitionem debent fieri prius quam fiat mutatio statutorum.

Voluntarie Bursarij recipiant statuta

Iurant observare statuta

Statuta servari servanda per quae ad 12 bursariorum numerum fuit redactus

Deputatus ab Abbate de bonassumbre Conciliarios secum ordinatoribus

Sont conformes comme plus antiens par la reformation faicte depuis 1146 par M. Guido Abbe de Marm.

Hermenus Monasterij Sancti Germani
de Pratis propre parisios ordinis
Sancti Benedicti Abbas dum viveret
Magnarum authoritatis, et scientiae
viri Magister Thomas de Courcellis
Canonicus parisiensis sacrae Theo-
logiae professor Joannes de
Montigny decretorum egregij doctores
et defunctus frater Joannes Pelé
dum viveret prior prioratus Beatae
Mariae de Campis in suburbijs
parisiensibus membri honorabi-
lis praefati ~~Monasterij~~ Maioris
Monasterij vicarij reverendi in Christo
patris Domini Guidonis ~~Thed~~ mediati
praedecessoris praefati Domini Mod-
erni Abbatis Monasterij Maioris
Monasterij nunc vero Bibliensis

Episcopi sufficienti ut fertur ad
ipsa conficienda Statuta
potestate suffulti ediderunt & coram
tunc Magistro & scholaribus prom
ulgarunt in praefato Collegio quatenus
tamen memorata statuta Declar-
antur & Modificantur nonnullis
additionibus per Ipsum Dnum Abbatem
modernum editis, de quibus infirmis
cavetur, non recedendo etiam a Lauda
bili usu antiquorum praecedentium
statutorum per religiosae memoriae
patres Dominos Simonem & Heliam
dudum praefati Monasterij Maioris
Monasterij successive abbates edito-
rum quatenus nonnulli articuli eorundem
qui in subsequentibus non satis expli
cite continentur statutis ex usu

Interpretation des anciens statuts

debent probari antiqua per nona aliquin antiquata.

Confirmation avec Modification des statuts anciens de Symon et de Helie Abbes de Marmoust

Longevo usque in hodiernum diem
deputa de Custodia Clavium
Coffri, & aliis consimilibus redun-
dantur Caeteris articulis in nullam Mori obser-
vantia habiti in Collegio supradicto ad
quos fines omnes & singulos supra-
dictos atque praesentibus & futuris
eiusdem Collegii Magistris ac Scholari-
bus, quandocunque in futurum Inno-
tescat quia multis ex dudum statutis
& ordinationibus providissimis bonae
memoriae patres praefati Monasterii
maioris Monasterii Abbates exoptantes
eosdem Magistrum & Scholares Collegii
Beatissimi Martini in Monte parisiensi
de Plessaeo ut praemittitur in Intensi-
tione sui fundatoris ambulaturos
Collegium ipsum Municipalium & deco-
randum si mihi Notario ea omnia

& singula statuta sub copia concor-
data publice astantibus supradictis
in Inter praefatum Dnum Abbatem
Monasterij maioris Monasterij &
eosdem Magistrum & scholares Collegij
Beatissimi Martini in Monte parisiensi
de Plessaeo ut praemittitur vulg-
aritate nuncupati in hoc Instrumento
ex ordine prout fuerunt edita incorpo-
randa & inserenda praefatus Reverendus
in Christo Pater Dnus Abbas Monasterij
maioris Monasterij praefatis assessoribus
eius nec non Magistro & scholaribus
memoratis Collegium ut praemissum est
repraesentantibus praesentibus videntibus
bus & consentientibus tradidit & assig-
navit, cuius copiae concordatae statuto-
rum eorundem ex ordine sequitur tenor

Inserimus antiqua statuta in nova ordinatione

debent consentire magistri

Abbatis eram religiosi professi

Frater Simon permissione divina
maioris Monasterij Turonensis
Abbas humilis gubernator & admi
nistrator ac rector domus beati
Martini in Monte parisiensi per
bonae memoriae Magistrum Gauffridu
de Plessaeo olim Apostolicae sedis
Notarium & consequenter Monasterij
nostri praedicti Monacum Institutae
& fundatae ac Magistrorum baccalau
reorum & scholarium dictae domus
Solus & Insolidum per eundem
fundatorem dum viveret depu
tatus dilectis vobis in Christo
Magistris baccalaureis scholaribus
& Capellanis eiusdem domus tam
praesentibus quam futuris salutem
in authore salutis & pro exercitia scripturarum

fundatorem monachum factus

Abbas deputatus gubernator plessaei

~~scripturarum~~ ad lumen

ad cumulum scientiae pervenire quoniam
testante propheta ille Dei populus qui
scientiam non habebat captivus ductus fuit
et nobiles eius interierunt fame ac siti
aruit ipsius multitudo: Et alibi dicitur
per eundem erudire Hyerusalem ne forte
recedat aia mea a te et ponat te terram
inhabitabilem et desertam. Et e contrario
honor Regis Celestis in suis Clericis et
Ministris iudicium discretionis diligit sapienter
dicetur proverbio Acceptus est Regi Minister
illigens et irracundiam eius inutil sustinebit
satis patet quantum abiecta sit et vilis
ignorantia quae suos ministros reddit inutiles
et ingratos quantumque sit appetenda scia
quae expellit ignorantiae caecitatem et hominem
acceptabilem Deo facit et ad exercitium
convertit bonorum operum ac divertit a
devio vitiorum. Haec itaque
prudenter attendens dictus fundator ac
pie desiderans ut ecclesia sancta Dei viris
eruditis et intelligentibus repleatur et
quia in ipsa divini et humani pariter
iuris et aliarum scientiarum fructus
excrescat et distributus per partes suscipiat
incrementum Proindeque considerans
quae ad ad venerabile parisiense studium
tamquam ad fontem vivum de quo rivi
prodeunt ubertatis multi ut expulsis

ignorantiæ nubibus aquam sapientiæ hauriant
et pretiosam acquirant scientiæ margaritam
de diversis mundi partibus confluunt quorum
multi licet ingeniosi et ad proficiendum
habiles prætextu indigentiæ et deffectus
necessariæ sustentationis plerumque a studio
subducuntur et ob hoc volens inopiam
aliquorum ex talibus de bonis sibi à Deo
collatis iuxta suæ felicitatis modulum
relevare prædictam domum cum suis iuribus
et pertinentijs bonorum omnium largitori
et gloriosissimæ Virgini Mariæ matri
Domini nostri Jesu Christi ac beato Martino
præsulum gemmæ Apostolico Confessori
in personis pauperum Magistrorum et
scholarium qui in domo ipsa perpetuis
temporibus morarentur dedit, deputavit
concessit et etiam assignavit volens
et præcipiens in ea Magistros et
Scolares bonæ vitæ et ad proficiendum
habiles qui de bonis proprijs vel parentum
aut potentium suffragijs amicorum non
haberent unde sustentari valerent
institui et assumi pluresque circa
regimen dictæ domus et statum et
conversationem studentium qui in domo

Pauperibus dignissimis dedit

Scolastici bursarij sint bonæ vitæ

Intenta et serenanda statuta fundatoris

ipsa moram traherent ordinationes fecit.
potestate tamen addendi, detra-
hendi Interpretandi, declarandi, corri-
gendi ac mutandi in ipsis Concessionibus
ac donationibus et statutis per ipsum circa
praemissa factis prout expedire videret
sibi quo ad viveret in ipsa fundatione
reservata specialiter et retenta.

potestas mutandi ut qui fuit administratorem

Verum quia ordinationes praedictae per statuta
eundem fundatorem ut praemittitur factae nova cedunt
saltem quo ad multa in ipsis contenta non in utilitatem
possunt nec possent imposterum sine ipsius magistri
domus et studentium in ea multiplici et quasi
irreparabili detrimento imo verius absque
exinanitione domus praedictae publica subs-
istere firmitate. Tum pro eo quia propter ipsius
fundationis tempus ex causis supervenientibus
per eundem fundatorem dum adhuc viveret
status eiusdem domus in pluribus extitit
Immutatus et inter alia fuerit redditus
ipsius domus in dotationem deputati et
numerus Scholarium in eadem praemittitur
Institutus postmodum per fundatorem
praedictum non modicum diminuti dictis
ordinationibus quamquam ab ipsis praemissis
dotatione et numero pro magna parte

diminutio numeri bursariorum adhuc viventem fundatorem facta.

dependentibus propter hoc per ipsum fundatorem nullatenus immutatis. Cum pro eo quia ordinationes prædictæ vobis nimis sunt graves et difficiles ut pote humeris vestris multa gravia et quasi quodammodo intollerabilia et importabilia onera imponentes ad quæ sufficere non possetis attentis vestris muneribus et stipendiis et aliis circa huiusmodi negotium attendendis prout ex ipsarum inspectione et forma potest colligi evidenter.

ne fiant graviora statuta

Nos inspectis et sollicita meditatione pensatis ordinationibus memoratis et consideratis omnibus et singulis quæ circa hoc considerandum fuerunt de peritorum consilio cum quibus deliberationes et tractatum super his habuimus diligentem circa statum et regimen dictæ domus et vestrum ad utilitatem vestram et dictæ domus ordinationes infra scriptas quas quantum fuit possibile et commoditati dictæ domus et vestræ credidimus expedire voluntati et intentioni fundatoris prædicti studuimus coaptari aliqua reformando et immutando etiam nonnulla alia superaddendo prout vestra et dictæ domus utilitas suaderet et exigere videbatur edidimus et fecimus ac edimus ac facimus. Mandantes eas perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari.

Concilius peritorum sumat reformator

Statuta ~~Symonis~~ Guidonis Abbatis
facta Anno 1375 die 13 decembris

In primis siquidem ordinamus et 1
ordinamus ac statuimus quod in dicta
Domo sit Unus perpetuo, qui praesit
inter vos tanquam Magister, per nos et
successores nostros, qui pro tempore fuerint,
deputandus: Et quando et quoties
nobis et eisdem successoribus nostris expedire
videbitur amovendus; Cui in vice
et loco nostri Scholares dictae Domus,
quatenus opus fuerit, in bonis conversationem
et moribus habeat informare, et ab illicitis
cohibere, et eorum inobedientias et excessus
si qui fuerint, nisi forte tales extiterint
quod exigente eorum gravitate nobis
debeat ipsorum cognitio et punitio
reservari, corrigere et punire, ac cum
diligentia providere, ut vos Scholares
sitis ad studium solliciti et intenti.
Et quod in eadem Domo iuxta nostram infra
scriptam ordinationem divina officia congrue
celebrentur, alia quae ad Magisterii
spectant officium exercere.

Magister et magister amovibilis

Magister ex vicarius Abbatis in Collegio.

Magister Jus habet cogendi alios ad observationem statutorum

Unusque provisor seu procurator 2
de vobis et per vos eligendus qui curam dictae

domus et negotiorum ipsius gerat: et redditus
et proventus ipsius domus recipiat et bursas
ministret vobis magistris, baccalaureis, scholaribus
Cappellanis et personis aliis dictae domus
Et semel in anno quolibet in nra vel
deputandis super hoc a nobis et vestra
praesentia habeat computare, et de gestis,
receptis et solutis per eum plenariam reddere
rationem.

Procurator jurat

Quorum quilibet in sui institutione iuret
et iurare teneatur in his quae ad suum spectant
officium fideliter se habere et bursam octo
solidorum parisiensium habeat singulis
septimanis.

3 divinus cultus

Et quia divinus cultus ad informationem
fidei catholicae noscitur institutus ut pote
devotionem augens, fidelium mentes fidei
splendore illustrans et corda calefaciens
in exercitio operum charitatis Ordinamus
et statuimus quod vos Cappellani

Capellani

eiusdem domus qui estis et eritis pro tempore
singulis diebus dominicis et festivis non
legibilibus duas missas unam videlicet post
primam et aliam immediate post tertiam
ac matutinas, vesperas et alias horas
canonicas nec non singulis diebus dominicis
vigilias mortuorum et in crastino missam
quas dictus fundator praedictis diebus dominicis

obits Et earum crastino in Cappella dicta Domus pro animabus claræ memoriæ Dni Philippi quondam Regis Franciæ et Dnæ Joannæ consortis eiusdem: ac foelicis recordationis Dni Clementis Papæ quinti: et bonæ memoriæ Dni Johannis Choleti Cardinalis olim Legati in Francia, et sua ac parentum, benefactorum suorum et omnium aliorum defunctorum fidelium voluit et constituit celebrari.

Obitus pro Rege &c.

pro Pappa

Quibus studentes in dicta Domo in suppellicijs intersint: Lectoribus et negotiorum Domus gestoribus super his quando et quotiens illum diem festis propter officia sua occupati fuerint, quod eorum conscientijs relinquimus, excusatis, solemniter alta voce.

Unusarij habeant suppellicia in choro

Lectores et rectores Domus excusati

Insuper et qualibet die Lunæ ultimam missam per dictum fundatorem inibi illa die celebrari statutam ut superius est expressum et singulis diebus profestis unam missam videlicet ad magnum altare dictæ Cappellæ de beata Maria Virgine qualibet die Sabbathi et de beato Martino qualibet septimana illa die qua festum eius evenerit principale vel alia die proxima ad id apta dum quando et quotiens illam diem festis vel alijs contingerit occupari. Quod id fieri nequeat illa die

ad quoddam altare quod in honore dei et beati
Martini in eadem Cappella construi volumus
et ordinamus. Et aliis diebus interdum de
beata Maria interdum de beato Martino, interdum
pro tempore, interdum pro deffunctis et aliis
prout temporis aptitudo requirit, Et illi
qui vice nostra in dicta domo tanquam magister
praeerit et praedicitur viderit expedire, ac
horas canonicas cum breui seu cursili
nota seu si expediens fuerit pro quiete studentium
ne ipsos turbari vel impediri contingat
sub missa voce teneamini celebrare. Et
vesperas diebus festiuis tali et ita competenti
hora studentis decantare, quod studentes in
dicta domo propter hoc non impediantur
quominus possint in collationibus interesse.

Magister potest de officio cappellanorum statuere

4 omnes ad horas tam diu quam noctis et magister priuabit absentes sum sua licentia

Ordinamus insuper et volumus sicut
et per dictum fundatorem extitit ordinatum
quod vos omnes et singuli chorum dictae Cappellae
tam ad missam quam ad horas canonicas, tam
de die quam de nocte intret iuxta consuetudinem
quae super hoc in parisiensi ecclesia obseruatur
alioquin qui in hoc impedimento cessante legitimo
absque illius licentia qui magisterium dictae
domus rexerit, vice nostra negligens vel deffectiuus
extiterit, pro quolibet deffectu in duobus denariis
retinendis de bursa propria puniatur, qui in

vicarius est magister

arca communi cum bursis absentium conserventur
et in utilitatem dictae domus fideliter convertantur
juxta ordinationem nostram et successorum nostrorum
sine qua nihil penitus de ipsis disponatur. 5

Praeterea statuimus et ordinamus
quod quilibet vestrum magistrorum, baccalaureorum
et scholarium, praedictorum promotus ad
sacerdotium quo frequentius commode poterit
celebret in cappella praedicta, aliis missis de
quibus superius ordinatum est propter hoc
alignatenus non obmissis. Et quia
quilibet in eadem cappella celebrans faciat
specialem commemorationem pro ipso fundatore
per orationes dici solitas pro defunctis.
Et quilibet non sacerdos sex pro ipso fundatore
psalteria anno quolibet dicere vel dici facere
teneatur. 6

Et quia idem fundator in ipsa fundatione statuit
et voluit pro felici statu Romanae ecclesiae ac foelicis
recordationis Dni Johannis tunc Pappae vigesimi
secundi successorum suorum qui erunt pro tempore
ac Regis et Reginae pro tempore et Regni Franciae:
nec non pro animabus Dni Philippi quondam
Regis ac Dnae Johannae eius consortis, ac Dnorum
quondam Clementis et Cardinalis Choleti
praedictorum ipsiusque fundatoris parentum
et benefactorum suorum in dicta domo per vos
omnes et singulos ad Dominum devotas et
assiduas preces fundi et eorum anniversaria

baccalaurei scolares sacerdotes faciant commemorationem pro anima fundatoris celebrando

obiti

anniversaria pro Rege

dies anni
uersariorum

Domini videlicet Regis Philippi die ultima
Novembris.
Domini Clementis pappae vigesima prima die
Mensis Aprilis.
Domini Johannis Cardinalis, die tertia Augusti.
Domini Johannis pappae praedictorum ac Dnorum
Caroli et Reginae Franciae qui tempore ipsius
fundationis regnabant ipsiusque fundatores
et parentum suorum diebus in quibus ipsos
Dominos pappam, Regem et Reginam praedictos
ac eiusdem fundatorem a praesenti Luce a
Domino vocari contingeret solemniter celebrari.
Volumus et praecipimus fieri et compleri
Adiicientes et statuentes ut diebus
quibus huiusmodi anniversaria fuerint celebranda
etiam si illa dies profestus fuerit in dicta
Cappella ad minus duae missae, quarum una
sit de Anniversario, celebrentur.

Charolus Rex Franciae

duae missae in diebus anniversariorum

7 Statuimus insuper et volumus quod in
mensa quaelibet vestri societas tam in
praeudio quam in coena solita benedictione
praemissa et in fine debitis gratiarum
actionibus exsolutis commemorationes de deff
unctis per psalmum de profundis cum versiculis
et orationibus consuetis specialis orationes
pro ipso fundatore et eius benefactoribus
amicis et parentibus effundere teneantur.

in Coeni et orare pro fundatore

8 Item quod quaelibet vestrum societas

bursam habens quattuor solidorum et ultra unum beneficiarium habeat pauperem honestae vitae, qui in aliqua parte domus de qua commodius expedire videbitur habeat mansionem. et Cappellanos iuvet cum opus fuerit in missis aliis ecclesiasticis officiis peragendis. Ita tamen quod propter hoc studium omnino deserere non cogantur: sed per illum qui vice nostra magisterium dictae domus exercebit taliter ordinetur quod missae et divina officia alia diebus profestis horis talibus compleantur quod Cappellani et beneficiarii dictae domus diebus legibilibus lectionem saltem unam si non plures audire valeant et studere.

Item et quod nullus vestrum in camera comedat nisi minutus forsitan vel infirmus vel nisi super hoc ab illo qui inter vos praeerit ut magister licentiam habeat speciale quam ipse sine causa rationabili non concedat.

Statuit autem et praecepit idem fundator in ipsa fundatione, quod vos Cappellani praedicti ad missas et horas divinas pariter et nocturnas in dicta domo continuam faciatis residentiam personalem: alioquin post monitionem legitimam amoveamini a domo praedicta et loco vestri alii subrogentur idonei qui praemissa diligenter et laudabiliter exequantur.

Magnus bursar habeat parum secum in cubiculo.

Magister ordinet de missis celebrandis

Cappellani studeant

9. camera

10

10

alii possunt subrogari sufficientes cappellani

II

Locum vacantem in superiori facultate idoneus socius poterit ~~sub~~ obtinere.

Item et quod cum locum in theologica facultate vacare contigerit sufficientior de Magistris vel Licentiatis in artibus, in philosophia et naturalibus, studentibus in eadem domo, obtinebit locum ipsum. Et similiter cum in ipsa philosophia seu naturalibus locus se offerret, magis idoneus inter artistas Licentiatus tamen in loco ipso primo ponatur.

12. Canonistae non possunt amplius recipi in domos quia ~~non student~~ amplius iuri Civili

Item et quod nullus ad audienda iura canonica recipientur ibidem, nisi prius per tres annos in solemni studio audierit iura Civilia et de hoc fidem faciat saltem proprio iuramento.

13. Licentiatus in theologia tenetur exire aut in eadem domo

Item et quia postquam theologus in theologia et canonista in decretis, Licentias obtinuerit cum effectu domum ipsam teneatur dimittere et exire. Nisi forsam aliquis ex eis per nos ad legendum et regendum ibidem contigerit retineri, et ob hanc causam susceptionem Licentiae vel magisterii non differre iurabunt.

possunt retineri

14. Item et quod vos ~~geratis~~ geratis in gestu et habitu humiliter et honeste, amplas habeatis coronas, cucusis vestibus viridibus vel aliis inhonestis laqueatis sotularibus vel caligis indecentibus utamini.

15. Dispensatio cum primis

Item et quia si de aliquo scholari domus praefatae postquam in eadem domo per triennium moratus fuerit, spes nulla

verisimiliter habeatur quod in sua possit facultate proficere, ex tunc a Domo penitus expellatur nisi cum aliquo paupere, ut discat scribere vel in aliqua arte proficiat ad modicum tempus gratiose fuerit dispensatum.

Inhabiles [illegible]

Item et quia si aliquis infra septimum annum a receptionis suae tempore numerandum non mereatur in artibus licentiam obtinere, a Domo recedat et provisionis eiusdem domus beneficio privetur perpetuo nisi propter infirmitatem vel aliud impedimentum legitimum excusetur. 16

grammaticus debet intra septimum annum magisterium obtinere.

Et quod quilibet theologus ita sit diligens et ad studium taliter se disponat quod infra sex annos possit praedicare communiter, et ad legendum cursus de biblijs infra annum septimum inclusive et in disputationibus communiter arguendum, et ad legendum sententias infra annum decimum idoneus censeatur, et si aliquis in hoc defecerit domus beneficio sit privatus. 17

intra sex annos theologus debet concionari

Et si forte aliquis timore amissionis beneficij dictae domus, improvisus, insufficiens vel indignus se vellet ingerere ad aliqua praemissorum propter vitandum domus scandalum minime permittatur nisi a Magistro dictae domus idoneus repertus fuerit ad praemissa 18

petant licentiam praedicandi et disputandi a Magistro.

19 beneficiarii exeant

Item et postquam ~~aliquis~~ alicui de Theologis, Canonistis et studentibus in ~~Theologia~~ Philosophia provisum fuerit de beneficio ecclesiastico, cuius proventus bursae seu provisioni quam percipit in ipsa domo praevaleat tenebitur per Juramentum suum infra menses duos posquam percipere coeperit fructus huiusmodi beneficii Camera dimittere, simpliciter et exire, ut subrogatus socius obtineat locum eius, nisi super hoc cum ipso per nos dispensetur.

Camera

Quae omnia quae cum sint aequa rationabilia, et provide edita observari mandamus et volumus indefesse.

20 Ulterius statuentes et ordinantes quod vos omnes et singuli habeatis longas hucias sive capas honesti coloris, sine quibus nunquam domum exire aut soli per villam incedere praesumatis.

21 ne exeant Collegio sine licentia magistri nisi ad exercitia scolae.

Item et quod nullus vestrum Januas dictae domus transgrediatur vel exeat absque licentia illius qui inter vos praeerit ut magister petita prius et obtenta, nisi pro scholasticis actibus exercendis.

22 Item et ne inter vos invicem vel ~~aliam~~ etiam infra metas eiusdem domus ~~nisi~~ aliquando cum personis extraneis vel illiteratis

vos stari contigerit gallicis nec nisi
duntaxat latinis seu turpibus vel aliis
inhonestis verbis uti; seu arma
quae plerumque pacis unitatem disgregant
in diversa praesertim infra septa ipsius
domus deferre de caetero praesumatis.

arma ne afferant in collegium

23. plectentur a Magistro inobedientes

At si quis vestrum huiusmodi statutorum
transgressor fuerit comprobatus iuxta
~~statuta~~ qualitatem excessus Magistri
domus arbitrio sic plectatur quo alii
metu poenae perterriti a similibus arceantur.

Huiusmodi igitur statuta et ordinationes
vobis transmittimus, sigilli nostri munimine
roboratas, quarum copia in aliquo loco eiusdem
domus eminenti, publico et patenti apponi
volumus et affigi ut de caetero possit haberi
plena notitia ab illis quorum interest et
intererit, et ne super eis imposterum possint
ignorantiam allegare. Vobis universis et
singulis tenore praesentium iniungentes
districtius et mandantes sub poena privationis
et amissionis beneficii dictae domus quatenus
ordinationes et statuta huiusmodi sic
efficaciter observare, sicque integraliter
ad effectum perducere studeatis quod vestra
vel alicuius vestrum quod absit inobedientia
vel contumacia non exposcat quod contra
vos ad poenam praedictam vel alias procedatur

sed potius exhibitione reverentiae et obedientiae
merreamini collaudari vosque nihilominus
et vestrum singulos obnixe rogamus, monemus
et exhortamur in visceribus charitatis quatenus
vos qui estis electi et deputati ad sciam
acquirendam eius immensa beneficia attendentes
et ignorantiae discrimina proinde cogitantes
factis et operibus ostendatis vos fore sciae
dono dignos ea vocatione qua vocati estis
digne ambulantes ac veritatem habentes
in intellectu charitatem in affectu et honestate
pariter in affectu, relictis vitiorum sordibus
cum quibus vera scia non est compassibilis.
Sic vos vita moribus, conversatione et gestu
divinis beneplacitis coaptetis, sicque expulsis
vitiorum voluptatibus quod nunquam occasionem
tribuent delinquendi ad studium vos reddatis
eo sollicitos et intentos quod ad instar
fidelis et providentis servi talenta vobis
tradita possitis domino reddere duplicata et
in praesentis vitae curriculo verae sapientiae
possitis effici professores, per quam possitis
aeternae felicitatis gaudia promereri.

Statuta facta in Monasterio maiori.

Datum et actum in maiori Monasterio
die tredecima mensis Decembris Anno Domini
millesimo ~~trecentesimo~~ trecentesimo trigesimo
quinto.

anno 1335

Et quia nos officialis Ruvonensis antedictus
de dictis litteris originalibus cum praesenti

copia

Coppia seu transumpto diligentem fecimus collacionem ipsasque ad invicem per omnia concordantes invenimus id circo in fidem et testimonium veritatis sigillum curiae Turonensis presentibus duximus apponendum. Datum huiusmodi Coppiae die decima sexta mensis martij Anno Dni millesimo tricentesimo nonagesimo primo Bricetus Leonis [illegible] 1391

Sequuntur statuta helyae.

Statuta helia.

Ad laudem et honorem et gloriam sanctae et individuae Trinitatis patris et filij et spiritus sancti amen.

In primis constituimus et ordinamus quod vos omnes scholares et Cappellani dicti Collegij ita divinum servitium sitis taliter intendentes quod ab ipso Deo bonorum omnium retributore retributionem vitae perennis, ab hominibus autem gloriam et laudem consequi meritorie valeat. Circa quod specialiter ita duximus providendum, videlicet ut de ~~[illegible]~~ Cappellanis dicti Collegij bursas sacerdotales tenentibus unusquisque sit hebdomadarius vice sua, et hebdomada sua durante celebrabit Die Dominico alta voce et cum nota de tempore. Die Lunae alta voce de mortuis. Diebus vero martis,

Cappellani quorum unus sit hebdomadarius

Mercurij, Jovis et Veneris de tempore sub missa voce, nisi dies festi solemnis et non legibilis contigerit ubi tantum de festo alta voce.

Die Sabbati de beata Maria etiam alta voce et cum Cantu celebrare tenebitur.

Item Celebrabuntur aliae missae sub missa voce et sine Cantu in Cappella seu Oratorio dicti Collegij die dominica, Lunae, Sabbathi et alijs diebus festivis et non legibilibus ultra dictas missas ordinarias cum cantu alta voce celebratas; Ita tamen quod una ipsarum missarum de glorioso Pontifice beato Martino qualibet dictarum septimanarum existat illa die videlicet qua festum eius venerit principale, quas missas et etiam pecuniarias seu lucrativas si contigerit sine diminutione ordinariarum praedictarum ordinamus celebrari per eum de Sacerdotibus supradictis qui ultimo suam ordinariam hebdomadam de qua supra perfecerit.

Quem modum sic volumus et in antea Jubemus observari usquequo per nos aut successores nostros aliud fuerit ordinatum.

Magister potest punire Cappellanos duorum solidorum

Et si per aliquem Sacerdotum bursas sacerdotales tenentium in praedictis etiam fuerit sive defecerit solus deffectus per Magistrum de Somma duorum solidorum puniatur, qui duo solidi alteri dentur praesbitero qui deffectum suppleat praelibatum

totiens, quotiens casus contigerit super quibus exequendis conscientiam Magistri onerantur. conscia magistri onerata

Item sitis solliciti ut dum horae canonicae debeant secundum antiqua statuta alta voce et cum cantu ad Dei gloriam decantari eas integre et pausis competentibus decantetis matutinas videlicet, primam tertiam, sextam nonam, vesperas et completorium nihil omnino de horis praedictis omittendo.

Item quia Anniversaria mortuorum die dominico vel sequenti a vobis secundum formam statutorum celebrabuntur integras vigilias laudibus non omissis laudabiliter faciatis in anniversariis etiam seu obitibus fundatorum et aliorum de quibus in statutis agitur vigilias cum novem lectionibus et missa solemni peragatis in quibus adsint omnes omnino scholares sacerdotes seu sacerdotales bursas tenentes et alii scholares rationabili excusatione cessante. Si quis autem praedictorum scholarium in ipsis vigiliis seu missa non interfuerit in duobus denariis parisiensibus pro quolibet defectu de bursa propria puniatur.

Item scholares non sacerdotes inviolabiliter custodiant statutum antiquum de sex psalteriis pro anima fundatoris anno quolibet cum devotione dicendis quae psalteria temporibus infernis designatis dici volumus, parvi burs psalteria sex debent recitare in anno.

et Iubemus. Duo videlicet inter festum
beati Remigij et festum nativitatis Dni;
duo inter festum nativitatis Dni et pascha;
duo inter pascha et dictum beati Remigij
festum. Et quilibet Scholaris non sacerdos
in fine cuiuslibet termini tenebitur
fidem facere magistro quod ea dixerit per
proprium Iuramentum, pendente autem
termino sit magister sollicitus de eo
admonendo ut ipsa psalteria non omittant
quae si non dixerint per se vel per alium
vel Iurare noluerint pro quolibet psalterio
omisso in duobus ~~denariis~~ solidis parisiensibus
puniatur qui per magistrum dentur
alteri qui dictum psalterium vel plura
si fuerint dicere tenebitur. super quibus
exequendis ipsius magistri conscientiam
oneramus. Sacerdotes quoque
qui bursas sacerdotales in dicto Collegio
obtinent, ita saepe ita devote in Cappella
seu Oratorio Collegij missas celebrare
procurent pro fundatore et eius benefacto
ribus speciali oratione approbata quod
a deo et hominibus non valeant aliquatenus
reprehendi
Item in Oratorio vel Cappella Collegij

conscia magistri

approbata

praecipue cum divina officia celebrantur
sint scholares in habitu decenti ad divinum
officium peragendum, et auxilium et iuvamen
praebendum, cessentque ab actibus prophanis
ab exteris collocutionibus et tumultuosis
et inordinatis infessibus in illa domo quae
orationis esse dignoscitur in orationem mentibus
ascendentes, alias per magistrum debite
puniantur, ut ipsa mulctatione cognoscatur
qualiter debeant in domum Dni ambulare
laetantes.

non fiat murmur in sacello.

Item in perpetuum valituro statuto firmamus
ut infra metas dictae domus maxime ubicumque
fueritis collegialiter congregati, omnes lingua
latina utamini duobus denariis contrarius
faciente pro quolibet deffectu punito.
Idiomata singularia, seu verba derisoria
inhonesta et superflua inter vos dici
vel proferri de caetero prohibemus
omnino simili poena contrarium faciente
punito

Latine loquendum.

Item modum laudabilem de Biblijs
quotidie et in prandio et in coena legendis
ab ipsis scholaribus approbamus et
statuendo confirmamus fundationes
quas quartas aliqui nominant omnino
fieri prohibemus, quia ex hoc aliquando

Biblia in prandio legenda.

euenium scandala: oriuntur discordiae odia generantur et saepe fiunt illicitae exactiones ac nonnunquam maleficia perpetrantur.

Magister habet potestatem iudicandi et corrigendi.

Is ergo solus qui Collegio praeest habeat inter ipsos scholares, iudicandi, puniendi et corrigendi talia potestatem, et in hoc delinquentes per magistrum graviter puniantur, si in hoc, dicto magistro rebelles vel inobedientes existant, nobis et successoribus nostris per magistrum denunciantur, et super hoc de remedio prouidebimus opportuno.

Disputationes.

Item quod in dicto Collegio exerceantur disputationes fiantque collationes, ita videlicet ut semel ad minus in hebdomada collegialis disputatio peragatur alternatis vicibus per ordinem.

Item quia Bursariorum estis quatuor species sive congregationes, videlicet

quatuor congregationes

prouinciales Turonenses, Maclouienses, Leonenses et Ebroicenses Statuimus quod in coffro seu archa communi quatuor claues diuersae consistant quarum quaelibet congregatio scholarium unam habeat: Ita videlicet ut Magister quicumque fuerit suae diaecesis vel prouinciae clauem habeat: Procurator etiam ~~clauem habeat~~ suae et de aliis duabus claues habeant et custodiant

duo Scholares antiquiores ex ipsis in dicto
Collegio. Est quod illi qui dictas claves
custodiant continue in dicto Collegio resideant
adeo quod dum aditus ad Archam ipsam
fuerit necessarius vel utilis non sit absens
alioquin in duobus ~~[illegible]~~ solidis parisiensibus
ex tali contumacia puniatur. Quod si
ipsum ex justa causa absentare contigerit
clavem dumtaxat arbitrio magistri, alicui
de discretioribus ex sua diocesi vel
provincia quem duxerit eligendum.

qui custodit clavem ne det alteri nisi ex arbitrio magistri.

Item statuimus quod dum pecuniae
pro Collegio recipientur statim in Archa
communi ponantur et de illa cum opus
fuerit extrahantur, et procuratori domus
sicut erit utile vel necessarium assignentur
et nequaquam quittantiae debitorum solitorum
sigillentur sigillo Collegii usque quo
pecunia realiter et de facto fuerint in
archa communi reposita

pecuniae ponantur in cofro

Item de quattuor libris parisiensibus
pro vobis sacerdotibus sacerdotales bursas
tenentibus in festo Paschae solvendis
Statuimus quod nullus sacerdotum
quattuor libras habeat praelibatas
nisi per annum continue vel saltem per
maiorem partem ipsius residens fuerit in
dicto Collegio, quodque in dicto festo Paschae

rationabiliter impedimento cessante personaliter
presentes adsint.

Item statuimus et iubemus
ut scholares omnes resideant in dicto collegio
circa scientiam pro modulo suae potentiae
operam praestantes continue sine quamvis
distractione ad extraneos actus secundum
etiam quod fuit intentio fundatoris
quod si contigerit sine licentia vel necessaria
causa aliquem ex scholaribus se per tempus
viginti sex hebdomadarum in anno sine
continue sine discontinue absentare a
collegio praelibato ex tunc ex ipso lapsu
temporis suis bursis irrevocabiliter
sit privatus proinde semper quod per
quantumcumque modicum tempus nullus
scholarium sine licentia magistri a
dicto collegio se absentet.

absentia a collegio

sine licentia magistri nullus se absentet.

Deinde sequuntur statuta
edita a vicariis seu commissariis domini
Guidonis ultimi et immediati abbatis
maioris monasterii et sic in dicta coppia
habetur.

anno 1455.

Anno Domini millesimo quadringentesimo
quinquagesimo quinto die decima mensis
septembris ordinata fuerunt quaedam
statuta publicata et lecta in praesentia
omnium bursariorum formam quae sequitur
continentia

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Sequuntur Guidonis Statuta Collegii de Plessaeo

Parisiis facta, edita et addita

Antiquis statutis dicti Collegii per reverendum Patrem Dominum Herveum Abbatem Sancti Germani de Pratis prope Parisios et venerabiles ~~viros~~ ac eminentis scientiae viros et magistros Thomam de Courcellis in sacra pagina professorem, et Johannem de Montigneo in decretis Doctores eximios deputatos et commissos ad reformandum dictum Collegium per reverendum in Xpo Patrem Dominum Guidonem Monasterii maioris monasterii prope Turones Gubernatorem, administratorem solum et in solidum praedicti Collegii per fundatorem ipsum expresse cum suis successoribus in perpetuum constitutum.

Commissi ad reformandum Collegium

Abbas erat professus monachus

At primo quia dicti Collegii fundator ordinavit et voluit quod si forsan processu temporis, eidem domui reparationis seu refectionis aut alia urgens et evidens necessitas imminere, Gubernatores et Rectores seu eorum vices gerens domus eiusdem possent et deberent prout et secundum exigentiam necessitatis huiusmodi et qualitatem temporum viderent faciendum de Bursis Scholarium detrahere aut diminuere ad tempus Scholarium numerum et statuta mutare

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

et facere et cæt. Omnesque Scholares
iureiurando astringere ad suas ordinationes
observandas huiusmodi necessitate suadente
et redituum seu obventionum dicti Collegii
diminutione urgente quæ de quingentis
libris turonensibus vix ad centum quinq-
uaginta librarum turonensium devenerunt.

Diminutio bursariorum factus

Statuimus et ordinamus quod
hinc usque ad tres annos non sint nec
recipiantur ad bursas ipsius Collegii
nisi duodecim Scholares præter Magistrum
Scilicet de qualibet quatuor Congrega-
tionum dicti Collegii tres, quorum unus
sit Cappellanus bursarius sex solidorum
alius quatuor solidorum et tertius duorum
solidorum. Quodque deductis reparationibus
necessariis de pecuniis quæ restabunt
Magister qui habet onera multa recipiat
duas partes, Cappellani habebunt medietatem
Alii habebunt quilibet tertiam partem
bursarum.

1455

bursarii sex et 4 solid.

Magister debebat recipere duas partes de pecuniis relictis

Item dicto tempore durante, fiet divinum
servitium in Cappella ipsius Collegii prout
consequenter exprimitur videlicet quod
ex quatuor Cappellanis prædictis unusquisque
erit hebdomadarius vice sua et hebdomada
sua durante celebrabit et celebrare tenebitur
missas in hunc modum Scilicet die Dominica
altavoce et cum nota de tempore. Die Lunæ

quatuor Cappellani de servitio

alta voce de mortuis. et die Sabbathi alta voce
de beata Maria et de beato martino sine nota
die statuta ad id apta. Et si diebus Lunae
vel Sabbathi vel aliis diebus hebdomadae
evenerit festum non legibile missa celebrabitur
de festo alta voce et cum cantu per ipsum
hebdomadarium et missa de mortuis vel de
beata Maria et de beato martino modo premisso
per hebdomadarium praecedentis hebdomadae
celebrabitur.

De horis vero praedicto tempore durante ordo fervitij
sic agetur; qualibet die Sabbathi dicentur
vesperae cum nota: et die dominica vesperae
et vigiliae mortuorum cum nota et integre
Et similiter adveniente quolibet festo
non legibili utraque vesperae de ipso dicentur
alta voce cum cantu. In maguis vero omnes ad sunt missis
festis etiam matutinae. In omnibus autem
missis et horis designatis aderunt omnes
scholares et bursarij dicti Collegij prout
in statutis continetur et sub poenis in
eisdem appositis anniversaria etiam et
psalteria personaliter prout in ipsis statutis
ordinatur.

Statutis vero Antiquis ipsius
Collegij ea quae sequuntur nos
Commissarij duximus annectanda.

Primo quod nullus recipiatur ad
bursas quascumque dicti Collegij nisi

nullus de novo nisi missus ab Abbate recipiatur.

fuerit ab Abbate Maiorismonasterij ad quem solum et insolidum omnium et singulorum bursariorum institutio et destitutio ut praemittitur debito institutus et diligenter se obtulerit, et curaverit recipi. Item

debent esse pauperes et habiles ad proficiendum.

Item nullus recipiatur etc nisi sit bene ad proficiendum habilis et qui de bonis proprijs vel parentum aut potentum suffragijs non habeat unde valeat in studio sustentari ~~nisi in ultimo casu duntaxat fuerit et causa rationabili per dictum dominum Abbatem pro certo et modico tempore dispensatum.~~

capellani sint capaces servitij.

Item ad bursas sacerdotales nullus recipiatur nisi fuerit sufficiens et idoneus ad divinum servitium prout sibi incumbit peragendum. Item

Magni bursarij debent esse magistri in artibus ante receptionem ut capellani et theologi et canonistae

Item ad bursas sex solidorum vel quatuor solidorum non recipiatur aliquis nisi fuerit sufficiens et idoneus ad studendum in theologia vel in iure canonico vel saltem licentiatus in artibus secundum quod in fundatione et statutis antiquis ipsius Collegij designari videtur. Item

debent iurare

Item cuilibet bursario noviter venienti exhibeantur statuta Collegij et legantur nec recipiatur nisi iurare se ea inviolabiliter observare pro posse suo et contra ea per se neque per alium facere vel venire cuius iuramenti forma inferius exprimitur.

Item ad receptiones bursariorum et alias,

deliberationes Collegii omnes Scholares residentes vocentur et audiantur cesseque omnis favor vel acceptio personarum sive Nationis in his: sed solum veritas et Collegii utilitas attendatur. Nec receptos vel recipiendos gravis exactionibus quovis quaesito colore; In Locis quoque et Cameris Antiquiores recepti in ipso Collegio caeteris praeferantur; distinctione Ordinum, graduum et bursarum rationabiliter observata.

ad receptiones et deliberationes omnes vocentur

in Cameris antiquiores praeferantur

Item omnes et singuli Scholares dicti Collegii tam Cappellani quam alii honeste vivant sollicite et intente studeant ad lectiones et actus Scholasticos suae facultatis diligenter vadant et gradus suos acquirant. Disputationi etiam Collegii vel collegiali secundum statuta omnes intersint opponentes et audientes: In qua de respondente Magister ordinabit; Si quis autem sine Licentia Magistri ab eadem se absentaverit portione sua unius horae privetur.

Honeste vivant.

Magister ordinabit de respondente in disputationibus

Item omnes et singuli simul in Aula concedant habita distinctione portionum secundum facultatem et voluntatem bursariorum horis debitis nec pro aliquo deferatur portio extra

gagne au lieu de la portion ne doyvent estre delivrés sans le consentement du grand Mre

Collegium, neque post horam prandij vel coenae reservetur nisi ex ordinatione Magistri legitime impeditos secundum communem utilitatem societatis per praepositum convertatur.

Item nullus extra collegium commorans recipiatur ad expensas in collegio faciendas; nec aliquis de collegio adducat extraneum ad mensam sociorum nisi de licentia Magistri et consensu aliorum et solvat pro eo secundum taxationem praepositi et assistentium.

qui praefuerit in fine hebdomadae cum famulo computabit coram magistro et bursarij

Item quilibet scholarium sit praepositus sua vice per totam septimanam et die veneris post coenam una cum clerico vel famulo coram Magistro et scholaribus computare tenebitur. Et si quid absentium superfuerit in arca communi reponetur et custodietur in utilitatem collegij convertendum quod computans procurator collegij in sua papyro in summa describet.

les pensions et achaptz ne se doyvent faire sans le grand maistre

nullus cantet aut clamare audeat

Item nulli maxime in domo ludos illicitos nec cantus et clamores aut tumultus faciant quibus alij scholares in studio turbentur seu molestentur, nec etiam teneat bestias vel aves immundas vel alijs nocivas.

Item non

Item non adducat vel teneant in Cameris vel intra septa Collegij personas inhonestas vel prohibitas maxime mulieres suspectas.

non personas suspectas teneant in cubiculis

Si quis autem mulierem fornicariam vel suspectam intra Collegium adduxerit vel habuerit per magistrum prima vice monitus eo ipso domo et bursa sit privatus.

privatio pertinet ad magistrum

Item Magister per se vel cum aliquibus scholaribus eiusdem domus quos duxerit associandos dum de praemissis vel alijs prohibitis suspicionem habuerit intret et visitet Cameras studia et loca quorumlibet in ipso Collegio commorantium, et si qui fuerint etiam in hoc contradictores et rebelles tanquam convicti de praemissis habeantur et puniantur.

Magister visitabit omnia loca et mansiones Collegij.

Item porta Collegij posterior quae ducit ad vicum frigidi mantelli teneatur semper clausa propter damnorum pericula, suspiciones et scandala ipsius Collegij et personarum in eo degentium quae possunt evenire. Claudatur que per Magistrum hora coenae et deinceps tota nocte. Et fores etiam anteriores per

Janua semper clausa.

Magister debet claudere parvam portam

claudatur Janua maior

Ipsum claudantur sero bona hora saltem
Cliqueti sorbonae vel ignitegij beatae
Mariae: Aperiantur que mane horâ
cliqueti fratrum praedicatorum.

claves Collegij nemo nisi magister.

Et Magister custodiat claves nec
ullus habeat alignas claves dicti
Collegij nisi sit Juratus et qui eas
alijs tradiderit puniatur.

Nec aliquis ipsam domum exire
vel Intrare noctis tempore permittatur
nisi legitima et rationabili causa vel
necessitate cogente de qua teneatur
Magistrum Informare, si Magister
petat et eius correctioni subiacere.

domo exire noctu nullus debet.

Nullus tamen Scholarium extra
Collegium pernoctet nisi de licentia
Magistri contrarium faciens per Magistrum
coram omnibus puniatur.

nullus extra collegium pernoctet nisi de licentia magistri.

Item caveant omnino Scholares a
blasphemia Dei et Sanctorum: Inhoc
delinquentes per magistrum graviter
puniantur. Et si quis eorum alteri
dixerit vel fecerit Iniuriam per ipsum
Magistrum Iniuriam passo debite
satisfacere compellatur, vel si Inter
eos rixa seu contentio oriatur per
eundem Magistrum pacificetur quantocius
et sedetur.

iniuriae debent puniri

Item Magister et Scholares dicti Collegij
suis privatis commodis et affectionibus

utilitatem et honorem ipsius Collegii
praeponant et opere pro posse diligenter
persequantur. Bona ipsius mobilia
et immobilia possessiones et iura
conservent et augmentent, nihil
alienent sed alienata revocare procurent
absque tamen Dni Abbatis maioris
Monasterii authoritate et consensu
circa regimen dictae domus et perso-
narum in ea degentium nihil penitus
ordinent prout in fundatione prohibetur
Secundo hereditagia, terras, dominia
vel iura ipsius Collegii ultra novem
annos ad firmiam, seu antiquos
redditus diminuant. Collegium quoque
non subiiciant vel obligent quoquo
modo; quod si secus egerint irritum
sit penitus et inane.
Item non accommodantur res Collegii
nec etiam ipsis bursariis vel alicui
ipsorum super suis bursis futuris
quibus nec ipsae bursae solvantur
antequam debeantur sed fiat earum
solutio in fine cuiuslibet mensis et
duntaxat pro tempore quo fuerit in
dicto Collegio residentes.
Item omnes libri Collegii incatheneantur
in Libraria et Cappella exceptis
missalibus, nullosque ipsos decathenare

solutio bursae non datur absentibus

de libris non deceptionem

audeat, vel accommodare seu apud se retinere, nisi de consensu omnium aliam alienasse reputatur, et reddere compellatur etiam pro facto graviter puniendus.

Item nullus quascumque res etiam utensilia ipsius Collegii per se seu authoritate propria accipere, detinere seu tractare praesumat; Clericum vel servitorem Collegii sive Communitatis verberet, vel percutiat, nec sibi verbo vel facto faciat iniuriam; contrarium facientes per Magistrum puniantur et emendare prout iustum fuerit, compellatur. Nec ab eo plus servitii exigat unus quam alius et maxime eum non occupet alias in negotiis propriis quam agere habebat pro communi. In Clericum vero seu servitorem Communitatis Collegii nullus excipiatur nisi fuerit honestus et fidelis et prudens et dederit sufficientem cautionem Magistro, Iurabitque Collegio et communitati utiliter, fideliter et diligenter servire et Communitatis servitium cuilibet servitio particulari praeferre, ~~[illegible]~~ utensilia omnia custodire et Domum ab igne, secreta Domus et Scholarium in scandalum Collegii non revelare, Magistro tamen socios dissolutos

nemo percutiat familiam Collegii

de Janitore

aut extra Jacentes secrete pandere:
qualibet nocte hostiam claudere et
claves magistro reddere et de mane
ab eodem repetere.

Item nullus excommunicatus Notorius
pro violenta manuum iniectione vel
aliàs communicationi sociorum se
ingerat, nec etiam à socijs recipiatur
donec de absolutione sua plene docuerit.

excommunicatus nisi absolutus recipiatur

Item et licet secundum fundationem
et antiqua statuta dicti Collegij quaelibet
societas quatuor solidorum ultra
debeat habere unum Clericum benefi-
ciarium pauperem et honestae vitae
qui Cappellanos iuvet in missis
et alijs ecclesiasticis officijs, tamen
propter diminutionem redditum et
obventionum dicti Collegij hoc ad
unum beneficiarium restringimus
ad expensas Collegij omni excusatione
seu oppositione non obstante providendum.

recisio seu minutio facta

unus parvus bursarius

Item Magister, procurator et Scholares
dicti Collegij postquam aliquis vel
per statuta Collegij vel per dictum
dominum Abbatem aut eius Commissarios
ad hoc deputatos bursis et beneficijs
dictae domus privatus vel depositus
extiterit elapso tempore praefixo
nec in praefato Collegio eum retineant
nec bursas vel aliquid de Collegio eidem
ministrent vel habere permittant

+

privatus nec recipiat fructus bursae

qui absolvit tempus non debet recipere denarios

Statuta
de Hospitibus

Et licet de Intentione fundatoris videatur existere quod nullus in dicto Collegio moretur vel habitet nisi sit bursarius nobis tamen temporibus dicto Collegio visum est utile ut habitaciones et cameræ dicti Collegij quæ bursarijs superfuerint alijs scholaribus collocentur non bursarijs servatis circa hoc statutis quæ sequuntur.

nullus hospes sine licentia magistri

Primo quod nullus recipiatur hospes in domo dicti Collegij, nisi sit bonæ vitæ et conversationis atque famæ de quo nullum scandalum Collegio generetur et qui Communitati scholarium non sit onerosus vocatis et consentientibus omnibus ipsius Collegij bursarijs residentibus et sufficienti præstita cautione. Nec in aliquo casu possit in dicto Collegio manere, nisi si et quandiu placuerit Magistro et scholaribus dictæ domus

Item quod nullus recipiatur hospes in dicto Collegio nisi voluerit scholariter vivere et cum bursarijs in Communitate comedere nisi per modum et excausis

per fundatorem et statuta Collegii pro
bursariis, ordinatis.

Item quod quilibet hospes honorem et
reverentiam exhibeat et deferat magistro
Collegii et in mensa locutione, honestate
modestia se habeat ut decet bursarios
et scholares Collegii.

Item quilibet hospes in dicto Collegio qui visitatio
ad mensam clausuram ludos, arma
personas suspectas et hospitii sui a
magistro visitationem et praedictorum poenam
et emendam sit subiectus ut bursarii
aliter de Collegio expellatur.

Item quod nullus hospes sua authoritate
propria aliquas res Collegii seu Communit-
atis accipiat vel detineat. Nec clericum Tremitus
vel servitorem Collegii sive Communitatis
percutiat aut iniurietur eidem. Contrarium
faciens iniuriam passis satisfacere
cogatur et si opus fuerit de Collegio
expellatur.

Item nullus hospes nisi sit bursarius
se ingerat vel intersit deliberationibus
Collegii nisi de magistri et omnium scholarium
sive bursariorum eiusdem consensu.
Nec de factis Collegii se intromittat,
secretaque Collegii et scholarium vel aliorum
de Collegio non revelet, etiam malefacta
nisi illis solum ad quos spectat eorum
correctio.

Item cuilibet hospiti per Magistrum coram omnibus exhibeantur et exponantur huiusmodi statuta de hospitibus et si opus fuerit eorum coppia tradatur, iuretque ea observare, alias non recipiatur, et receptus si ea non observaverit de Collegio expellatur.

absentia magistri

Magister autem Collegij in ipso continuam faciat residentiam, et officium suum pro posse exequatur. Et si forte pro aliqua necessaria, vel alias iusta causa contigerit ipsum abesse, vices suas committat Provisori, vel alicui de Scholaribus ad hoc sufficienti et idoneo, qui eius absentiam velit et possit debite supplere, et cui singuli in omnibus praemissis sicut Magistro obediant. Non tamen

obediant deputati ut Magistro

sine ab ipso Collegio se absentet sine Dni Abbatis Maioris monasterij licentia.

forma iuramenti

Forma autem iuramenti a Scholaribus et eorum singulis praestandi. a praesbiteris in verbo Sacerdotis; et alijs per sancta Dei Euangelia haec est.

Primo quod reuerentiam et obedientiam exibebunt Dno Abbati Maioris monasterij qui erit pro tempore, tamquam Rectori Superiori, Gubernatori ipsius Collegij solum et in solidum et ab eo super hoc Commisso vel deputandis vel Committendis.

Item quod honorem et reverentiam, seu obedientiam exhibeant Magistro Collegii à dicto Dno Abbate deputato, in his quae ad suum spectant officium.

Item quod statuta ipsius Collegii ab ipso Abbate vel eius praedecessoribus facta vel fienda inviolabiliter pro posse suo observabunt nec contraveniant.

Item quod secreta Collegii vel defectus quorumcumque de Collegio non revelabunt quoquomodo extra Collegium iura quoque res bona ipsius Collegii mobilia et immobilia conservabunt, non alienabunt nec alienari permittent sed alienata procurabunt pro posse revocari.

Item quod honorem et utilitatem dicti Collegii quandiu vixerint ad quemcumque statum devenerint sine alieni iuris praeiudicio procurabunt; et ad istud iuramentum et singula in eo contenta promittenda et observanda et tenenda Magister ipsius Collegii se noverit obligatum in his quae concernunt suum officium.

Deinde sequuntur alia statuta facta et edita a dno Guidone Abbate moderno et sunt haec.

Item statuimus quod dum pecuniae pecunia pro Collegio recipiantur, statim in arca ponantur communi ponantur et de illa quod spus in coffro fuerit extrahantur et provisori sicut

ern utile vel necessarium assignentur:
Et nequaquam quittentiae debitorum sigillentur
sigillo Collegij usquequo pecuniae realiter
et de facto fuerint in arca communi positae
ad quod omnes et singuli bursarij nominatim
vocabuntur.

Item de pecuniis extrahendis a coffro procurator
tenebitur facere receptam et misiam quae
ad nullos usus distribuantur nisi per
manum eius ut per sua computa possit
et valeat reddere rationem et reliquum
de huiusmodi pecuniis. Et per hunc
modum sciatur et appareat totus status
Collegij redditum et proventum eius
tam in receptis ordinariis quam extraord-
inariis

Procurator tenebitur conferre capitulariter

Item tenebitur Procurator seu provisor
de gestis per eum in negotiis Collegij conferre
cum omnibus capitulariter et statum suum
quotiens fuerit requisitus capitulariter
ostendere saltem viva voce et in fine anni
ut moris est de gestis, receptis et misiis
per ipsum factis. Et in foris seu
pactis quatuor solidos excedentibus tenebitur
habere socium unum de Bursariis.

Habeat socium de bursariis

Item quia saepe contingit ex aiuditate
percipiendi pecunias in coffro repositas
quod maior pars Collegij stipulationibus
et aliis inductionibus ad ipsarum extractionem
consentit statuimus quod ad earum
pecuniarum dictam extractionem omnes
et singuli bursarij presentes sint vocandi

nominatim et quod minor pars ipsam extractionem possit usque ad unum inclusive per viam oppositionis aut appellationis impedire, quibus oppositione aut appellatione pendentibus donec super hoc nostra aut nri super hoc commissi determinatio intervenerit nihilominus attentetur, quod si fecerint attentantes condignam punitionem pro modo excessus recipiant.

minor pars poterit impedire extractionem pecuniae ad

oppositionem solvat abbas

Item statuimus praesertim de bursariis grammaticis et artistis quod non exeant septa Collegii nisi ad lectiones et actus scholasticos absque licentia a Magistro Collegii

parvi bursarii non exeant sine licentia

Item quia aliquotiens procurator Collegii praesumit in sua absentia alium sibi durante absentia sua substituere id omnino reprobamus et etiam quod ipse procurator ad id habeat a Collegio facultatem.

procurator non substituat

Item nullus audeat quemquam in libraria Collegii introducere nisi personaliter ipsum quamdiu in eadem libraria stabit associet.

Item nullus consentiat aliquem librum a libraria Collegii excathenari, nisi intervenerit consensus Magistri, et omnium et singulorum bursariorum authoritate nra confirmatus aut nri super hoc commissi.

De quibus praemissis et singulis praefatus Reverendus in xpo pater Dnus Abbas praeduti Monasterii Maioris monasterii

petijt a me Notario publico subscripto sibi
fieri et confici publicum instrumentum seu
publica instrumenta unum vel plura.
Dicta fuerunt hæc parisijs in Collegio
Maiorismonasterij sub anno, die, mense
indictione et pontificatu prænotatis putibus
ad hæc personis de quibus superius
cavetur testibus ad præmissa vocatis
specialiter et rogatis.
Et Ego Philippus Radulphi præsbiter
Leonensis diocesis authoritatibus Apostolica
et Imperiali Notarius publicus, quia
prædicti Juramenti præstiti receptioni
cæterisque omnibus et singulis dum sic
ut præmittitur per præfatum reverendum
in xpo patrem Dnum Abbatem Maiorismonasterij
Rectorem Gubernatorem et Administratorem
ut præ insertum est, Magistrumque Scolares
supradictos dicerentur, agerentur et fierent
una cum prænominatis Assessoribus
præsens interfui eaque sic dici ac fieri
vidi pariter et audivi ac in notam retinui.
Ideo huic publico instrumento appensione
sigilli eiusdem reverendi in xpo patris
munito alienaque manu, me in alijs
legitime impedito, fideliter scripto signum
meum solitum apposui in fidem et testimonium
omnium et singulorum præmissorum
requisitus et rogatus sic signatum
P. Radulphi

Scolares vocantur omnes bursarij

Post cuius quidem publici instrumenti
præinserti publicationem prænominati Magri
Petrus Camuti, Alanus Clerici, Robertus
Boulay, et Robertus Laloigue bursarij
præfati, qui nundum Juramenta in dicto
publico Instrumento inserta in manibus
dicti Dni Abbatis et Administratoris
sicut alij in eodem nominati fecerant
ad Mandatum præfati Dni Vicarij modo
et forma in eodem instrumento annotatis
præstiterunt statutaque ordinationes
et modificationes in ipso declaratas tenere
et pro posse observare in futurum promis-
erunt, et eorum quilibet prout ipsum
concernit, promisit et Juravit (dempto duntaxat
certo statuto per alterum prædecessorem
præfati Dni Abbatis edito tenore sequenti non receperunt ex statuto
Ulterius statuentes quod vos omnes
habeatis longas hucias sive cappas honesti
coloris sive quibus nunquam domum exire
aut soli per villam incedere præsumatis)
Quo facto antedictus Dnus Vicarius
voluit et ordinavit coppiam dicti Instrumenti
in forma autantiqua per me notarium
publicum subsignatum Magistro et bursarij
dicti Collegij de Plessæo tradi et expediri
quam scz pntem post modum venerabili viro
Magistro Guillelmo Le Becq pro et nomine
ipsius Collegij. Ego Notarius subscriptus
tradidi et expedivi de quibus et super præmissis
omnibus et singulis præfatus frater Booz

Jossinelli Vicarius antedicti Dni Abbatis
et Gubernatoris petijt à me Notario publico
subscripto sibi fieri atque tradi publicum
Instrumentum seu publica Instrumenta
unum vel plura.

Acta fuerunt hæc in Cappella prædicti
Collegij de Plessæo, sub Anno, Indicione
die, mense et pontificatu quibus supra
presentibus ibidem venerabilibus Religiosis
viris Magistro Philippo Radulphi, fratre
Hugone de Nouailles bursario Collegij
Maioris monasterij Parisijs fundati et Nicholao
Romange clerico testibus ad præmissa vocatis
specialiter et rogatis.

Et ego Hugo Anglici Clericus
Bolouacensis publicus Aplica et Imperiali
authoritatibus Curiæque conservationis præu-
ilegiorum Aplicorum almæ Universitatis
Parisiensis Notarius Juratus Quia
Instrumentum originale præmissum vidi
perlegi et publicavi, ab ipsoque presentem
Coppiam ad dictum originale collationatam
extraxi Juramenti-que prædicti præstationi
ac cæteris omnibus et singulis dum ut
supra scribuntur, sic dicerentur, fierent
et agerentur una cum prænominatis
testibus præsens interfui et ea sic fieri
vidi et cognovi, audivi. Idcirco presenti
publico Instrumento huiusmodi coppiam in
se continenti manu alterius, me alijs
præpedito negotijs fideliter scripto signum
meum publicum et consuetum apposui

In testimonium veritatis praemissorum requisitus, pariter et rogatus sic signat h Anglici.

Sit Trinitati semp. iterna gloria

Reformatio, et Interpretatio statutorum à D. Dno Alexandro de Vendosme abbate facta 1621.

Sequuntur Articuli quidam statutorum Collegij de Plessaeo parisijs fundati, cum ad utilitatem ac meliorem statum ipsius, tum ad explicationem quorumdam articulorum in Antiquis eiusdem statutis contentorum facti, editi et dictis antiquis statutis additi per me Jacobum Morel presbyterum in iure canonico Licentiatum sta sedis Aplicae protonotarium, ac illustrissimi principis Dni Alexandri de Vendosme fratris naturalis Regis, magni prioris Franciae sti Joannis Hyerosolimitani, Abbatis Commendatarij Monasterij maioris Monasterij

nullus fuit articulus antiquorum statutorum interpretatus aut correctus sic praeter statutum per quod dictum fuerat ut Magister Collegij possit destitui ad nutum ut videbitur inferius. quod omnino sic illi imponitur statutis sed absolutus.

prope Turones, et ratione ipsius Monasterij, Rectoris, Gubernatoris et Administratoris solius et insolidum praedicti Collegij Plessaei per fundatorem ipsum expresse cum successoribus suis subrogati et constituti, et ad hoc omnimodam potestatem habentis et obtinentis, vicarium generalem in spiritualibus et temporalibus praedicto Monasterio./

Et primo quia memoratus dicti Collegij fundator ordinavit et voluit quod si forsan processu temporis eidem Collegio seu domui reparationis seu refectionis aut alia urgens et evidens necessitas imminerent idem Gubernator domus seu illius vices gerens possent et deberent prout secundum exigentiam necessitatum huiusmodi et qualitatem temporum viderent faciendum de bursis scholarium detrahere, aut diminuere ad tempus bursariorum numerum; statuta mutare, facere et interpretari omnesque scholares iureiurando ad suas ordinationes adstringere. Hoc autem tempore (proh dolor) huiusmodi necessitate praeveniente et compellente, visis etiam Magni Magistri domus, et aliorum dicti Collegij bursariorum, Academiae et

facultatis parisiensis in Artibus Magistrorum supplicibus libellis super ea re porrectis cum Contractibus Literis quibus patet praedictum Collegium plusquam sex mille librarum in summa esse aere alieno obstrictum, ac etiam attestationibus fabrorum lapidariorum aliorumque Juratorum artificum summam viginti mille librarum ad dicti Collegij Domos reficiendas penè funditus eversas sufficere non posse fidem nobis facientibus. His omnibus circumspectis rebus et consideratis.

1 Statuimus et ordinamus quod ad sex annos à die vacationis occurrentis Bursarum primae fundationis quae nunc occupantur et tenentur in Dicto Collegio à Magistris bursarijs, non recipiantur nec admittantur aliqui ad dictas bursas nisi tantum sex in artibus Magistri Bursarij praeter magnum Magistrum salvo tamen Jure praesentationis antiquo Reverendorum Patrum Episcoporum Macloviensis, et Ebroicensis ad quasdam bursas, sed tantum post sex dictos annos elapsos.

post sex bursae tunc occupatae debuerunt vacare per sex annos singulae.

post sex annos a vacatione duarum magnarum bursarum ex qualibet diocesi potuerunt praesentare parvum bursarium duorum solidorum secundum quod continetur in reformatione et recisione antiquia facta per quidonem. et Macloviensis Episcopus aliquos bursarios ultima fundationis quam [illegible] [illegible]

2 Numerum vero sexdecim Bursariorum à Dno Natali Mesleau bonae memoriae

secundario Institutorum reducimus
ad quattuor bursarios quorum unus
sit Sacerdos Cappellanus, alij tres
sunt parvi bursarij grammaticae
studentes, qui divinum Missae sacrificium
celebranti ministrare et reliquo Cappellae
et Collegij officio, ut moris est servire
valeant quorum omnium praedictorum
bursariorum (quos volumus) ex
aliqua Diocesi sub provincia Turonensi
existente et dependente vel diocesi
Abroicensi habiles ad dicta bursas
obtinendas et possidendas assumimus
eisque providebimus prout nobis
melius videbitur, qui quidam redditus
ex praedictis bursis provenientes
tam in liberationem dictae summae
quam in refectionem et reaedificationem
Collegij convertentur.

Item quod primarius seu Magister Domus
quicumque futurus sit a Dno Abbate
de numero Bursariorum ex provincia
Turonensi, ~~et~~ eorum scilicet quibus Abbas
confert bursas pleno Jure tantum
assumetur ~~[illegible]~~.

Item quod nullus ad dictas bursas
recipiatur nisi fuerit a Dno Abbate
vel vices illius gerente debite Institutus

Recisa ~~recisa~~ fuit destitutio ad nutum quae nimis erat ~~[illegible]~~ gravis

4

ad quem solidum et insolidum omnium
et singulorum Bursariorum institutio
destitutio seu privatio spectat et pertinet

Item quod nullus ad dictas bursas
possidendas exceptis tribus parvis bursariis
admittatur nisi fuerit in artibus magister.

Item omnes bursarii sacris intersint diebus
saltem Dominicis et festis diebus etiam
Lunae, Jovis Sabathi decantandis et
decantari solitis, qui vero abfuerint
nisi legitima causa arbitrio magistri
Domus et aliquorum magistrorum
Bursariorum de redditu bursae detrahetur
et assistentibus accrescet.

Item ad bursas sacerdotales nullus
recipiatur nisi fuerit sufficiens et idoneus
ad divinum officium decantandum prout
incumbit sibi peragendum.

Et licet de intentione fundatoris videatur
existere quod nullus in dicto Collegio
moretur vel habitet nisi sit Bursarius
nobis tamen temporibus istis visum est
utile, ut antehac, ut alii scholares
non Bursarii in dicto Collegio manere
possint, arbitrio tamen magistri et aliorum
magistrorum servatis super hoc statutis
quae sequuntur.

Primo quod nullus etiam magistrorum

Estatut nobilium plus le grand maître a destitution mais seulement les bourseurs

quemquam sive pedagogum sive scholasticum
hospitio excipiat inscio magistro domus vel
procuratore, nec in cubicula sua cum armis
nec ullo modo sive ad conversationem sive
ad habitationem eos intrare permittat
qui certis rationibus collegio ipso expulsi
fuerunt. Qui aliter fecerit, si sit bursarius
post binam monitionem bursa privetur
sin domus ipsa expellatur.
Item quod nullus recipiatur hospes in
9 dicto collegio, nisi sit bonae vitae et
conversationis atque famae, de quo nullum
scandalum collegio generetur et qui
communitati scholarium sit onerosus
vocatis prius primario et bursariis
nec quocumque modo possit in dicto
collegio manere nisi, si et quando placuerit
primario et bursariis magistris.
Item nullus recipiatur in dicto collegio
nisi velit scholariter vivere.
Item omnes in dicto collegio morantes
a blasphemia dei, sta mariae virginis,
sanctorum et quovis iuramento caveant
et si in hoc aliisque rebus sint delinquentes
per magistrum et bursarios loco
solito puniantur scholariter et expellantur.
10 Quilibet hospes honorem et reverentiam
primario et magistris domus exhibeat
et si

Et si Mandatis non obtemperaverit in
honestis et licitis expellatur.

Si qui statuta ipsius Collegij non
observaverint post tria monitionem brevis
~~ipsius~~ suis ipso iure priventur.

Acta Parisijs Anno Dni millesimo
sexcentesimo vigesimo primo, mensis vero
Septembris die decima quarta. In quorum
fidem et robur manu nostra subsignavimus
et per Magistrum Nicolaum Carteron
publicum authoritate Aplica Curiaeque
Episcopalis Parisiensis Notarium Juratum
debite Immatriculatum Parisijs in vico
novo Sta Mariae Virginis Commorantem
nostrum hac in parte scribam assumptum
subsignari sigilloque armorum dicti
illustrissimi Dni Abbatis ex eius authoritate
et potestate fecimus et jussimus communiri
Signé Jacobus Morel avec paraphe
et Carteron avec un aultre paraphe au
dessoubz duquel paraphe sont escriptz
ces motz et scriba dicti Dni
Vicarij generalis avec un seel en lire
rouge. Et sur le dos du parchemin
contenant ceque dessus est escript cequi
s'ensuist.

Anno Dni millesimo sexcentesimo 1621.
vigesimo primo die vero septima

mensis Octobris. Ego Nicolaus Carteron
publicus authoritate apostolica Curiaeque
Episcopalis Parisiensis Actuarius Juratus
debite Immatriculatus Parisiis in vico
novo Sanctae Mariae Virginis Commorans
subsignatus scriba in hac parte praedicti
venerabilis Dni Vicarij Generalis
praemissorum articulos et statuta Magistris
Petro Pinet procuratori, Symoni Cheron
Stephano Foron, Julliano Vignon, Joanni
Morin et Matheo Odie plures dicti
Collegij Bursarijs in absentia tamen Drauers
eiusdem Collegij Magistri Primarij in
Sacello eiusdem in fine Vesperarum
de more solito celebratarum publicavi,
significavi, et notificavi eorumque copias
mihi Jussu dicti Dni Vicarij Generalis
etiam ibidem presentis et existentis seigne
Carteron avec un paraphe.

Pinet chasselain du Melleau.
Cheron du diocese d'Evreux
Foron du diocese du Mans pour Tours
Vignon. Morin
Odie de St Malo est pour ~~[illegible]~~ Morin fut chassé

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

HÆ SVNT HVIVS COLLEgij de Plessęo selectę ex antiquis statutis regulæ, omnibus in dicto Collegio commorantibus inuiolabilitèr obseruandæ.

1. PRIMO quod nullus, etiam magistrorum, quenquam siuè Pędagogum siuè scholasticum hospitio excipiat inscio magistro domus, vel deputato ab illo: nec in cubicula sua cum armis, nec vllo modò eos intrare permittat, qui certis rationibus Collegio, expulsi fuerunt. qui alitèr fecerit, si sit bursarius post binam monitionem, bursa priuetur, sin, domo ipsa expellatur.

2. Quod nullus recipiatur hospes in dicto Collegio, nisi sit bonæ vitæ, & conuersationis, atque famæ: de quo nullum scandalum Collegio generetur, & qui communitati scholarium sit onerosus, vocatis prius Primario, & bursarijs, nec quocunque modo possit in dicto Collegio manere, nisi si, & quandiu placuerit Primario, & Magistris domus,

3. Item nullus recipiatur in dicto Collegio, nisi velit scholaritèr viuere: & post receptionem, si aliter vixerit, expellatur.

4. Item omnes in dicto Collegio morãtes à blasphemia Dei, B. M. V. & Sanctorum, & quouis iuramento caueant: & in hoc alijsque rebus delinquentes per Magistrum, & bursarios loco solito puniantur scholaritèr, deindeque expellantur.

5. Quilibet hospes honorem & reuerentiam magistro Primario, & bursarijs domus magistris exhibeat, & si mandatis non obtemperauerit in honestis, & licitis, expellatur.

6. Curabunt Pędagogi, vt pueri alijque omnes scholastici in cubiculis suis manẽtes pro more instituto que maiorum rebus diuinis, diebus saltem dominicis, & festis in dicto Collegio intersint.

7. Pueri, iuuenesque Regi nostro Christianissimo benè precari, obedire, & magistratibus parére doceantur.

8. Nemo alteri imprecetur, aut conuitium dicat: nemo diaboli nomen exprimat, nemo alterum percutiat; nemo superbè loquatur, nemo lasciuia dicat.

9. Omnes scholastici quibuslibet Collegium ingredientibus, vel egredientibus, debitum honorem exbibeant: eos aperto capite salutent;

10. Nemo scholasticorum in Collegio lingua vernacula loquatur, sed Latinus sermo omnibus sit vsitatus, & familiaris aliàs puniantur.

11. Ante prandium nulli ludant, sed tantùm à prandio, & cæna per semihoram, recreationis gratia; & audito tintinabulo omnes omninò statim museola repetant, alioquin puniantur per Gymnasiarcham, Vel ab eo deputatum, vt moris est.

12. Diebus legibilibus nulli per areas deambulent, nec in ijsdem, dum diuinæ decantantur horæ, aut sacrum, vel tempore lectionum, aut disputationum morentur.

13. Nemo extraneos, ludendi causa, in Collegium adducat: nec prædictis horis ludat, aut clamores edat.

14. Nemo enses, aut quæuis arma in Collegio gerat, nec in museolis detineat.

15. Studentes in Collegio lectiones à professoribus excipiãt, aut expellantur, rebellesq; puniẽtur.

16. Omnes per seruos suos, vt honestati, maximè verò sanitati consuletur, cubicula sua quotidiè euerrenda, cum gradibus seu porticis, & stercora in locum solitum asportanda curabunt; neque eos quicquam, siue crassam, aut fætidam aquam è cubiculis in areas & hortum proijcere permittent.

17. Nemo siuè ludendo, siuè deambulando per areas & super tecta lapides proijciat.

18. Omnes quotidiè orationi intersint, & singulis saltem mensibus confiteantur.

Qui has regulas non obseruauerint Collegio expellantur.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

DE MANDATO D. D. ABBATIS NEC NON Auctoritate supremi Senatus. 1622.

Sumptu et diligentia D. Trauerti tunc magistri Collegij

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Coppia bullæ confirmationis fundationis Collegii de Plessæo. 1322.

Joannes Episcopus servus servorum dilecto filio Magistro Gaufrido de Plessæo Notario nro Salutem et Apostolicam benedictionem, qui divini cultus augmentum respiciunt et acquisitionem ac propagationem divinæ pariter et humanæ Sapientiæ atque Scientiæ repromittunt opportunis nos convenit fovere favoribus eisque ut perpetua stabilitate subsistant Apostolicæ Confirmationis adiicimus firmitatem. In nra si quidem proposuisti, præsentia constitutus quod tu pie desideras ut in Ecclesia sancta Dei, divini et humani Juris et aliarum Scientiarum fructus excrescat et distributus per partes suscipiat Incrementum ac pro domo Lutea, Domum non manu factam in Cœlestibus cupiens foelici commercio comparare: Domum quam in vico sancti Jacobi parisiensi Inhabitare solebas cum aliis Domibus tuis eidem adjacentibus cum Ingressibus et egressibus suis prout se contingunt et protenduntur ab eodem vico sti Jacobi usque ad vicum de frigido Mantello ex uno latere, et usque ad Domum Ducis Burgundiæ qui est pro

tempore ex altero, cum viridarijs virgultis
iuribus et pertinentijs suis ad te ratione
personae tuae spectante Deo ex cuius largi-
tione bona quae obtinuisti et obtines
recepisti, et gloriosissimae Virgini Mariae
Matri suae ac beato Martino Episcopo
Confessori, in personis pauperum Magistrorum
et Scholarium, qui in domo ipsa perpetuis
futuris temporibus commorentur, ipsisque
Magistris et Scholaribus pro subsidio subsi-
stentationis eorum, ne praetextu indigentiae
et defectus alimentorum eos forsan in
posterum a studio retrahi contingat vel
subduci. Maneria, domos, terras, possessiones
et redditus annuos et perpetuos quos
in diversis regni Franciae partibus ad te
iustis pertinentes titulis possidebas pia
devotione ac proinde deliberatione donasti
ipsosque Magistros et Scholares extunc
donatione irrevocabili inter vivos tuos
instituisti Haeredes in domibus viridarijs
virgultis, maneriis, terris possessionibus
redditibus, iuribus et pertinentijs supradictis
ut eorundem Magistrorum et Scholarium
In sacra pagina, Iure Canonico, et septem
Liberalibus artibus, alijsque scientijs sub
certo numero in qualibet facultate
studentium in domo praefata, perpetua
cohabitatio et Conventus existat.

Bursarij sunt Haeredes fundatoris.

Magister

Unusque Magister actu Regens
vel saltem Baccalaureus in Theologia

Legens, continue sit in illa.

Unusque provisor, qui curam domus et negotiorum eiusdem gerere studeat, ac redditus et proventus ex ea et aliis praemissis per te donatis et caeteris largitione fidelium vel aliis iustis causis ad Magistros Scholares et domum praefatos contigerit obvenire recipiat; Illisque Magistris Scholaribus Cappellanis et personis aliis in eadem domo pro tempore degentibus iuxta ordinationem super his proinde per te factam distribuat et ministret. Procurator

Quam siquidem domum sti Martini in Monte Parisiensi nuncupari perpetuo voluisti; et zelo fidei et devotione accensus Cappellam sub beatissimae Virginis et Oratorium sub praedictorum Confessoris honore ac vocabulis fundavisti: Duasque Cappellanias in Cappella et unam in Oratorio praedictis Cappellanis in eadem domo Instituisti, et sufficientibus congruis sibi assignatis redditibus, dotavisti. quatuor Cappellaniae

Quodque in Cappella et Oratorio praedictis celebrentur certis temporibus Missarum solemnia, et sacra Mysteria, et alia divina officia proinde ac salubriter ordinasti. Ita quod Cappellaniarum praedictarum collatio quo ad vixeris ad te spectet, et post tuum ab hac lucis transitum ad Magistros et Scholares pertineat, Capellaniae sunt in nominatione Magistri et bursariorum

gubernatores superadditis certis insuper ecclesiarum
prælatis et Cancellario parisiensis ecclesiæ
qui nunc est et qui pro tempore fuerit,
et magister seu Baccalaureus in theologia
dictæ Domus, et eorum successoribus
Domus eiusdem gubernationem et regimen,
electionem, assumptionem, amotionem
et subrogationem magistrorum et scholarium
prædictorum, ipsorum etiam et Cappellanorum
ac personarum in ipsa domo degentium
visitationem correctionem et reformationem
eorum, et ipsius Domus sub certis
formis et modis rationabilibus commisisti
ac eiusdem prælatos Cancellarium ac
Magistrum, seu Baccalaureum in theologia
et successores eorum gubernatores dictæ
Domus perpetuos deputasti; aliaque
pro cultu divini nominis ac profectu
et provectu magistrorum scholarium et
personarum dictæ Domus et pro eius statu
prospero salubria et utilia ordinasti,
prout in patentibus litteris inde confectis
tuo sigillo munitis plenius continetur
quarum tenorem de verbo ad verbum
presentibus fecimus annotari qui talis est

Universis presentes litteras inspecturis
Saufridus de Plessæo, Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Notarius æternam in vero salutari
Salutem. Creator omnium rerum Deus
scientiarum Dominus, nobilem Creaturam humani

plasmatis ad Imaginem et similitudinem
suam formans ei præ cæteris alimuminis
munera pretiosa altitudinem videlicet
Intellectus, et rationis excellentiam
tribuit eamque luminosa luce scientiæ
illustravit cunctis super terram animantibus
prætulit, et angelicæ creaturæ paulominus
coæquavit. Sed naturæ humanæ conditione
fragili (proh dolor) succumbente fallacijs
serpentis antiqui, cum per inobedientiam
prothoplausti in se et posteris ignorantiæ
tenebras et mortis sententiam excepisset
Miserator et misericors Dominus nolens plasma
tam nobile signatum sancto lumine vultus
sui ignorantiæ cæcitate vilescere operi manum
suarum porrigens dextram pia Justi Judicij
miseratione providet ut ignari, rudes homines
sciam ab initio gratis datam sed admissi
ut præmittitur commissione reatus amissam,
proprij studio laboris acquirerent, et per
exercitia scripturarum in lege Dni eruditi
decori scia, sapientia præditi, potentes opere,
et sermone tamquam in Cœlo stellæ
fulgentes in domo Dni præclari resplendeant,
et rutilent gloriosi, Cœli species, stellarum
gloria, et sapientum multitudo virorum
in ecclesiæ firmamento cydereo quasi
fulgore micantum summa est gloria,
summa potentia regnantium et regnorum.
Per tales namque viros extirpatis

vitijs servantur virtutes dilatatur et exaltatur
fidei catholica status et honor extollitur
universalis ecclesiae, summum bonum in rebus
iustitiae colitur, pax servatur, firmantur
Regna, Imperia roborantur eorumque salutaribus
monitis et exemplis ad videndum Deum
Deorum in Syon post corruptibilis huius
vitae curriculum soluto mortis imperio
coelestis largitionis munere pervenitur.
Attendentes igitur quod venerabile Parisiensis
studium tanquam fertilitatis ager fructus
ubertatis proferens in ecclesia sancta Dei
viros tales ab olim producere consuevit
et successiva continue propagatione prod-
ucit, quodque ad ipsum studium tanquam
ad fontem vivum de quo rivi prodeunt
ubertatis, multi ut aquam sapientiae
hauriant, et pretiosam acquirant scientiae
margaritam de diversis Mundi climatibus
confluunt. Quorum quidam licet ingeni-
osi et ad proficiendum habiles praetextu
~~indigentiae~~ indigentiae et defectus necessariae
sustentationis a studio subducuntur; Ac
volentes inopiam aliquorum ex talibus
de bonis nobis a Deo collatis iuxta nostrae
facultatis modulum relevare, Domum
nostram quam diu inhabitavimus
amortisatam sitam Parisijs in vico sancti
Jacobi prout se comportat et protendit
ab eodem vico parte anteriori usque ad
vicum Sti Syphoriani per exitum seu
ruellam communem eidem domus nostrae ac

1. art

domibus Cenomanensis ac quondam
Dni Reverendi de Henricuria Constantis
episcoporum ex uno latere et ex alio
usque ad vicum de frigido mantello proten-
dendo se versus domum hospitalis cum ing-
ressibus, egressibus Jardino virgultis ac
omnibus iuribus et pertinentijs suis
bonorum omnium Largitori ac gloriosissimae
virgini mariae Matri Dni nri Jesu Christi
ac beato Martino Praesulum gemmae Aplico
Confessori in personis pauperum Magistrorum
et Scholarium qui in domo ipsa perpetuis
temporibus commorantur praesentium tenore.

Donamus ipsosque Magistros et Scholares
ex tunc donatione irrevocabili inter vivos
Haeredes nostros Instituimus in domo,
iuribus, et pertinentijs supradictis.

Scolastici sunt haeredes fundatoris

Quorum quidem Scholarium viginti
in artibus: Decem Magistri vel Licentiati in
artibus, in Psilosophia et naturalibus: et alij
decem in Jure Canonico et in Theologiae facultate.

xx parvi bursarij
xx Magistri in artibus

Sitque in ipsa praedicta domo, unus Magister
in Theologia actu Regens, vel saltem baccalaureus
continue, Legens ibidem.

Unusque provisor qui curam domus et
negotiorum eiusdem gerat redditus et proventus
domus recipiat; et bursas Ministret
Magistris Scholaribus, Cappellanis et personis

alijs de quibus inferius ordinatur, quam
siquidem domum beati Martini in monte
parisiensi volumus nuncupari.

Gubernatore 5

Et quia ubi non est gubernator, populus
corruit, gubernationem et regimen dictae
domus, electionem, assumptionem et subrogationem
Magistrorum et Scholarium ac visitationem
correctionem et reformationem omnium et
singulorum qui in domo ipsa ~~et curam~~
Magistros, Scholares, Cappellanos, aliasque
personas domus eiusdem correctione et refor-
matione digni fuerunt, Reverendis patribus
Dnis Gaufrido Abroicensi nepoti uro, et
Alano Macloviensi episcopis, et Abbati
Maioris monasterij turonensis, eorumque
successoribus qui pro tempore fuerunt, ac vene-
abili viro Cancellario ecclesiae parisiensis
moderno qui erit pro tempore ac magistro
in theologia seu baccalaureo dictae domus
omnino committimus, ipsosque Rectores et
gubernatores domus eiusdem perpetuos
deputamus

magister perpetuus deputatus in revocatus presentes fuit.

Cum autem iiden episcopi et abbas parisijs
praesentes adfuerint, sive ipsorum, vel alterius
eorum, qui praesens aderit deliberatione, consilio
et consensu circa regimen dictae domus et
personarum in ea degentium nihil penitus
ordinetur. In eorum vero absentia praedicti
Cancellarius et Magister in theologia seu
baccalaureus dictae domus in omnibus et

singulis supradictis plenariam habeant potestatem. Electio Magistri
electione et assumptione dicti Magistri
seu Baccalaurei in Theologia praefatis Episcopis
et Abbati, duobus vel uni eorum aliis sublatis
de medio, aut absentibus vel impeditis legitime
una cum praedicto Cancellario reservata, ipsos
quidem Episcopos et Abbatem nec non Cancellarium
et Magistrum seu baccalaureum praedictos
per viscera misericordiae Jesu Christi obnixe
rogamus ut in tanto ~~pro~~ negotio habentes prae
oculis solum Deum Magistros et Scholares
bonae vitae et ad proficiendum habiles qui de pauperes
bonis proprijs vel parentum aut potentum
suffragijs amicorum non habeant unde valeant
sustentari in hac parte assumant, et alia ad
bonum regimen prosperum et foelicem statum ipsius
Domus et personarum degentium in eadem diligenter
intendant.

Et quia Divinus Cultus ad Informationem
fidei Catholicae dignoscitur institutus, nam devotionem
auget, fidelium mentes fidei splendore illustrat
et corda calefacit in exercitio operum chari
tatis.

Cappellam ad laudem et honorem Sanctae cappella ubi aula
et individuae Trinitatis sub beatissimae virgi
nis mariae gloriosae vocabulo in loco ubi nunc est
transferendum faciente Dno processu temporis oratorium
ad locum ubi huc usque fuit Aula dictae Domus super porta
et Oratorium in honore beati Martini supra
portam Domus eiusdem, et duas perpetuas

collatio capellaniarum pertinet ad Magistros

Cappellanias in ipsa Cappella, et unam in Oratorio
praedicto fundamus, quarum Cappellaniarum
collatio ad nos vita ~~durante~~ comite ac post
Obitum nostrum ad Magistrum et Scholares
praedictos perpetuis temporibus pertineat pleno
jure.

Qui quidem Cappellani singulis diebus dominicis
et festivis non legibilibus duas missas, unam
videlicet ~~post~~ primam et aliam immediate post
tertiam nec non matutinas et vesperas et
alias horas Canonicas quibus Magistri
et Scholares dictae Domus in suppellicis
intersint (lectoribus et negotiorum Domus gestoribus
propter occupationes officiorum super hoc
excusatis) alta voce teneantur solemniter
decantare. Sed ne impediantur Magistri
vel Scholares in Collationibus faciendis, ad
vesperas festivis diebus non intererint nisi
velint, saltem quod singulis diebus dominicis
in suppellicis ut supra intersint, vigiliis
defunctorum, et missae in crastino. Quas
ibidem volumus et constituimus celebrari
solemniter pro animabus claræ memoriae
Dni Philippi Regis, Dnae Joannae consortis
eiusdem, et foelicis recordationis Dni Clementis
Papae quinti; ac bonae memoriae Dni Joannis
Choleti Cardinalis olim legati in Francia
ac parentum et benefactorum; et chorum
Cappellae tam ad missas quam ad horas
canonicas tam de die quam de nocte intrent

La messe du Lundi pour le Roy Philippe la Reyne Jehan le Pape Clement le Cardinal Cholet et de Parent du fondateur et de bienfaiteurs

Juxta consuetudinem quae in Parisiensi Ecclesia
super hoc observatur aliogum qui in hoc Imp
edimento cessante legitimo absque magistri
vel provisoris licentia negligens vel deffectivus
extiterit pro deffectu quolibet in duobus denariis
retinendis de bursa propria punietur qui
in arca communi cum bursis absentium
conserventur et in utilitatem domus fideliter
convertatur, profestis vero diebus Cappellani
praefati cum beneficiariorum de quibus
inferius ordinatur auxilio duas missas
in Cappella et unam in Oratorio praedicto
et horas Canonicas cum brevi seu cursuli
nota aut si expediat pro quiete Scholarium
ne ipsos in studio turbari vel impediri contingat
sub missa voce decantent unam videlicet
de beata Virgine et aliam de tempore et
aliam pro defunctis et in Sabbato solemniter
de beata Virgine in Cappella et in Oratorio
de Sancto Martino semel in septimana illa
die videlicet qua festum eius evenerit Principale
Et quia per Interventum eiusdem gloriosissimae
Virginis et beati Martini praedicti bona de
quibus ordinamus inferius et alia collata
divinitus nobis confidimus immo recognoscimus
pervenisse eorumque patrocinio nos a multis
et magnis periculis quae per ardua tum huius
mundi potentatibus ambulantes saepe cadendo
inveneri mus praeservatos. — — —
Ordinamus et volumus et volumus quod
dicti de Theologis Scholaribus supradictis quos
Magister vel Baccalaureus domus duxerit

~~Theologi~~
Scolastici
non erant
sacerdotes
in receptione
sed post

eligendos nisi plures sponte promoti fuerint
ad supplendum interdum Cappellanorum absentiam
vel defectum ad sacerdotium debeant promoveri.
Sicque per ipsius magistri providentiam
ordinetur quod diebus singulis in Cappella
praedicta de beata Virgine et in Oratorio
[illegible] septimana de beato Martino missae
sub missa voce saltem, cum aliis missis
ordinariis tam de festo vel tempore quam
pro defunctis continue celebrentur.
Ordinamus etiam quod quilibet de
Theologis supradictis promotus ad sacerdotium
quam frequentius commode poterit, celebret
in cappella, vel in Oratorio supradictis.
Et quilibet celebrans faciat specialem
commemorationem pro nobis dum in humanis
agemus per orationem Rege quaesumus famulum
tuum, cum aliis sequentibus in Canone et
in fine missae; et post mortem per orationem
dici solitas pro defunctis.
Et quilibet non sacerdos sex pro nobis
